

*Sulphuris
sublimatio*

naturæ, eiusdem expultricem prouocare solita erat. Nouit ergo, quo ignis gradu, quàm par est lento, ad innoxium multisq; ægritudinib. per quam salubrè facile reducat. Sulphuris vis potior sublimatione à terreis sordib. liberatur. Cautione tamen opus est. Si priùs ignem intenderis, fundes omnia, & sulphureum liquorem, terreis vaporibus imbutum, confusè educes. Præter consilium certè tuum, qui flores appetebas. Itaq; ne propera initio. Mitiore flâma abstrahere acutum phlegma. Id mira acrimonia olfactum ferit: & tenellarum partiù vlcuscula, linguæ & labiorù properè cõsolidat. Cessante liquore, gradibus ignis adaugetis, sensim videbis capitelli parietibus sulphureum adhærescere vaporem. Hic præclarè agit. Cum aloë & mirrha difficiles partus accelerat, qd' proprijs & paternis speciminibus bona fide cõmunicamus. Idipsũ scilicet est quod in oppij confortiũ admissum, præclarum condit miræ operationis remediũ, τὸ Νηπενθῆς, quouis Homericò præstãtius. Aqua stillatitia odorè seruat, saporè & colorem plantæ,

Nepenthes.